

quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arset, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Ligna itaque vitis tanto sunt contemptibilia si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint. Denique sicut de his etiam per Ezechielem Prophetam Dominus dicit, precisa nullis agricolarum usibus prosunt, nullis fibrilibus operibus deputantur. Unum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: si in vite non est, in igne erit: ut ergo in igne non sit, in vite sit.

**R.** Candidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluia: splendorem Deo dederunt, alleluia: Et sicut lac coagulati sunt, alleluia, alleluia. **V.** Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchrioribus. Et sicut, Gloria Patri. Et sicut.

## Lectio.

**S**i manseritis in me, inquit, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Manendo quippe in Christo, quid velle possunt, nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non est alienum à salute? Aliud quippe volumus quia sumus in Christo: & aliud volumus quia sumus adhuc in hoc sæculo. De mansione namque hujus sæculi nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit ut fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis.

Te Deum laudamus. 13.

## IN COMMUNI

Confessorum, Virginum, & non Virginum, & Dedicacionis Ecclesie tempore Paschali, Officium fit ut intersus in aliis temporibus: sed in fine ad Invitatorium, Antiphona,

**V. V. & R. R.** tam brevia, quam alia additur Alleluia, & tres Psalmi dicuntur in quolibet Nocturno sub prima Antiphona illius Nocturni.

## COMMUNE

Plurimorum Martyrum extra tempus Paschale.

Ad Vesperas, Antiphona. Omnes Sancti, cum reliquis de Laudibus. Ivi.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j. Capitulum. Sup. 3.

**J**ustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

## Hymnus.

**S**anctorum meritis inelyta gloria Pangamus socii, gesta que fœdita Gliscens fert animus promere canticibus

Victorum genus optimum.

Hi sunt quos fatuè mundus abhorrui:

Hunc fructu vacuum, floribus aridum

Contempsere tui nominis assecleæ,

Jesu Rex bone Coelitem.

Hi pro te furias, atque minas truces Calcârunt hominum, sævæque verbera:

His cessit lacerans fortiter iugula,

Nec carpsit penetrabilia.

Cæduntur gladiis more bidentium: Non murmur resonat, non querimonia;

Sed corde impavido mens bene conscia

Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,

Quæ tu Martyribus mûnera præparas?

Rubri nam fluido sanguine fulgidis

Cingunt tempora læureis.

Te

Te summa, & Dœitas, ûnaque poscimus,

Ute culpas abigas, nôxia subtrahas,

Des pacem famulis, ut tibi gloriam

Annorum in seriem canant.

Amen.

**V.** Lætâmini in Dômino & exultate justî. **R.** Et gloriamini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & prævenērunt ad præmia regni, & lavērunt stola s suas in sanguine Agni.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus, Oratio.

**B**eatorum Martyrum, pariterque Pontificum **N.** & **N.** nos, quæsumus Dômine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda, Per Dôminum nostrum.

Si non fuerint Pontifices,

Oratio.

**D**eus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dôminum.

Alia Oratio.

**D**eus, qui nos annuâ Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendâmur exemplis. Per Dôminum.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Martyrum Dôminum, \* Venite, adorémus. Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

**C**hristo profusum sanguinem,

Et Martyrum victorias,

Dignamque cœlo læuream

Lætis sequamur vœcibus.

Terròre victo sæculi,

Pœnisque spretis corpore,

Mortis sacre compendio

Vitam beatam possident.

Traduntur igni Martyres,

Et bestiarum dentibus,

Armata sœvit ûngulis

Tortoris insanis manus.

Nudata pendet viscera:

Sanguis sacraçus funditur:

Sed permanent immobiles

Vite perennis gratia.

Te nunc Redemptor quæsumus,

Ut Martyrum consortio

Jungas precantes servulos

In sempiterna sæcula. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Secus decursus aquarum plantavit vineam justorum, & in lege Dômini fuit voluntas eorum.

## Psalmus 1.

**B**eatus vir, qui non ablit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, \* & in cæthedra pestilentia non sedit.

Sed in lege Dômini voluntas ejus, \* & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et solum ejus non defluet: \* & omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgent impij in judicio: \* neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dôminus viam justorum: \* & iter impiorum peribit.

Antiphona. Secus decursus aquarum plantavit vineam justorum, & in lege Dômini fuit voluntas eorum.

Antiphona. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dôminus: & quasi holocausta accepit eos in altarium.

## Psalmus 2.

**Q**uare fremuerunt Gentes, \* & populi meditati sunt inania? Astitērunt reges terrę, & principes convenērunt in unum \* adversus Dōminum, & adversus Christum ejus.

Dirupāmus vincula eōrum: \* & proiciāmus ā nobis jugum ipsōrum. Qui hābitat in cœlis, irridēbit eos: \* & Dōminus subsannābit eos.

Tunc loquētur ad eos in ira sua, \* & in furōre suo conturbābit eos.

Ego autem constitūtus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prędicans pręceptum ejus.

Dōminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hōdiē genui te.

Pōstula ā me, & dabo tibi Gentes hereditātem tuam: \* & possessiōnem tuam terminos terrę.

Reges eos in virga fērrea, \* & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: \* erudimini qui iudicātis terram.

Servite Dōmino in timōre: \* & exultate ei cum tremōre.

Apprehēdite disciplinam, nequando irascatur Dōminus, \* & pereatis de via iusta.

Cum exāserit in brevi ira ejus, \* beati omnes, qui confidunt in eo.

**Antiphona.** Tamquam aurum in fornacē probāvit electos Dōminus: & quasi holocausta accēpit eos in aeternum.

**Antiphona.** Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electōrum est immortalis in aeternum.

## Psalmus 3.

**D**omine quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animę meę: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dōmine susceptor meus es, \* glōria mea, & exaltans caput meum.

Voce meā ad Dōminum clamāvi: \* & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporātus sum: \* & exurrexi, quia Dōminus suscepit me.

Non timēbo millia populi circumdāntis me: \* exurge Dōmine, salvum me fac Deus meus.

Quōniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatōrum contrivisti.

Dōmini est salus: \* & super populum tuum benedictio tua.

**Antiphona.** Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electōrum est immortalis in aeternum. **V.** Letāmini in Dōmino, & exultate iusti.

**R.** Et gloriāmini omnes recti corde. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Dōmine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiōne perpētua.

De Epistola beati Pauli Apōstoli ad Romānos.

## Lectio j.

Cap. 8, c

**F**ratres, Debitōres sumus non carni, ut secundum carnem vivāmus. Si enim secundum carnem viveritis, moriēmini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivētis. Quicūque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitūtis iterum in timōre: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamāmus: Abba (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hærēdes, hærēdes quidem Dei, co-hærēdes autem Christi: si tamen compatiatur, ut & conglorificemur. Existimo enim, quod non sunt condignę passiones hujus temporis ad futuram glōriam, quę revelābitur in nobis. Nam expectatio creaturę revelationem filiorum Dei expectat.

**R.** Abstergat Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctōrum: & jam non

non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor:

**V.** Quōniam priora transierunt. **V.** Non esuriēt, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quōniam. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

## Lectio ij.

**S**ciamus autem, quōniam diligētibz Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propōsitum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribz.

Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiā proprio Filio suo non pepēricit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiā cum illo omnia nobis donāvit? Quis accusābit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnēt? Christus Jesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis.

**R.** Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Dōmino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua: & Et ideo coronas triumphales meruerunt. **V.** Unus spiritus, & una fides erat in eis. Et ideo. **Benedictio.** Spiritus sancti grātia.

## Lectio iij.

**Q**uis ergo nos separābit a charitate Christi? tribulatio? an angōstia? an fames? an nuditās? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificāmur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superāmus propter

eum, qui dilēxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Viriutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura illa poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Dōmino nostro.

**R.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: \* Et meruerunt habere coronas perpētuas.

**V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Et meruerunt Glōria Patri. Et meruerunt.

**In secundo Nocturno, Antiphona.** Dabo Sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dōminus.

## Psalmus 14.

**D**omine quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, \* & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: \* & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conceptu ejus malignus, \* timētes autem Dōminum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non decipit, \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, \* non movēbitur in aeternum.

**Antiphona.** Dabo Sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dōminus.

**Antiphona.** Sanctis qui in terra sunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

Hhh 4

Psalm.

## Psalms 17.

**C**onserva me Dómine, quóniam sperávi in te. \* Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* misericávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitates eórum: \* postea acceleravérunt.

Non congregábo conventicula eórum de sanguinibus: \* nec memor ero nóminum eórum per labia mea. Dóminus pars hereditátis meæ, & cális mei: \* tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præcláris: \* etenim hereditas mea præclára est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum: \* insuper & usque ad noctem increpérunt me renes mei.

Providebam Dóminum in conspectu meo semper: \* quóniam à dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultávit lingua mea: \* insuper & caro mea requiescit in spe.

Quóniam non derelinques animam meam in inférno: \* nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vite, adimplébis me læticia cum vultu tuo: \* delectationes in dextera tua usque in finem.

**Antiphona.** Sanctis, qui in terra sunt ejus, misericávit omnes voluntates meas inter illos.

**Antiphona.** Sancti qui sperant in Dómino, habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, volábunt, & non deficient.

## Psalms 23.

**D**omini est terra, & plenitudo ejus: \* orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit

eum: \* & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde, \* qui non accépit in vano animam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: \* & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium faciem Dei Jacobi.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternáles: \* & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternáles: \* & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dóminus virtutum ipse est rex glóriæ.

**Ant.** Sancti qui sperant in Dómino, habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, volábunt, & non deficient. **V.** Exultent justi in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in lætitia. Pater noster. **Abolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens. Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermone 47. de Sanctis.*

## Lectio iv.

**Q**uotiescúmque, fratres charissimi, Sanctórum Máryrum solemnia celebrámus, ita, ipsis intercedéntibus, expectémus à Dómino consequi temporalia beneficia, ut ipsos Máryres imitando, accipere mereámur æterna. Ab ipsis enim sanctórum Máryrum in veritate festivitatum gaudia celebrántur, qui ipsórum Máryrum exempla sequuntur. Solemnitates eam Máryrum,

ex-

exhortationes sunt martyriórum: ut imitari non pigeat, quod celebráre delectat.

**V.** Sancti tui Dómine mirábile concessit tuis iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis válidis: \* Terra apparuit árida, & in Mari rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torréntes inundavérunt. Terra apparuit. **Benedictio.** Christus perpétua.

## Lectio v.

**S**ed nos vólumus gaudere cum Sanctis: & tribulationem mundi nólumus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos Máryres, in quantum poterit, imitari noluerit, ad eórum beatitudinem non poterit pervenire. Sed & Paulus Apóstolus prædicat, dicens: Si fuerimus socii passiónum, érimus & consolatiónum. Et Dóminus in Evangélio: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio hábit. Recusat esse in corpore, qui ódium non vult sustinere cum capite.

**R.** Verbera carnis meum non timéunt Sancti Dei, morientes pro Christi nómine: \* Ut hæredes fierent in domo Dómini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicium. Ut hæredes. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

## Lectio vj.

**S**ed dicit aliquis: Et quis est, qui possit beatórum Máryrum vestigia sequi? Huc ego respondeo, quia non solum Máryres, sed etiam ipsum Dóminum cum ipsis adjutorio, si vólumus, póssumus imitari. Audi non me, sed ipsum Dóminum generi humano clamántem: Diserte a me, quia mitis sum, & humilis corde. Audi & Petrum Apóstolum admonéntem: Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequámur vestigia ejus.

**R.** Tanquam aurum in fornáce probávit electos Dóminus, & quasi holocausti hostiam accépit illos: & in tempore erit respectus illorum: \* Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligént veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

**In tertio Nocturno, Antiphona.** Justi autem in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum.

## Psalms 32.

**E**xultate justi in Dómino: \* rectos decet callaudatio. Confitebimini Dómino in cithara: \* in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei cánticum novum: \* benè psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dómini, & omnia ópera ejus in fide.

Diligit misericórdiam & iudicium: \* misericórdiam Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli firmati sunt: \* & spiritu oris ejus omnis virtus eórum.

Congregans sicut in nutre aquas maris: \* ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dóminum omnis terra: \* ab eo autem commoveántur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, & facta sunt: \* ipse mandávit, & creata sunt.

Dóminus dissipat consilia gentium: \* réprobat autem cogitationes populórum, & réprobat consilia principum.

Consilium autem Dómini in æternum manet: \* cogitationes cordis ejus in generationem & generationem.

Beata gens, cujus est Dóminus, Deus ejus: \* pópulus, quem elegit in hereditatem sibi.

De cœlo respexit Dóminus: \* vidit omnes filios hóminum.

De

De præparato habitaculo suo \* respexit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit singillatim corda eorum: \* qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem: \* & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem: \* in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super metuentes eum: \* & in eis, qui sperant super misericordia eius.

Ut eruat a morte animas eorum: \* & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum: \* quoniam adiutor & protector noster est.

Quia in eo letabitur cor nostrum: \* & in nomine sancto eius speravimus.

Fiat misericordia tua Domine super nos: \* quemadmodum speravimus in te.

**Antiphona.** Iusti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum.

**Antiphona.** Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent idolis, ideo coronati possident palmam.

**Psalms 33.**

**B**enedicam Dominum in omni tempore: \* semper laus eius in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: \* audiant mansueti, & lætentur. Magnificatè Dominum mecum: \* & exaltatum nomen eius in idipsum.

Exquisivi Dominum, & exaudivit me: \* & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: \* & facies vestra non confundentur.

**Antiphona.** Ecce merces Sanctorum exaudivit eum: \* & de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: \* & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: \* beatus vir, qui sperat in eo.

Time te Dominum omnes sancti eius, \* quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt & esurierunt: \* inquirentes autem Dominum non minuuntur omni bono.

Venite filii, audite me: \* timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: \* diligite dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo: \* & alata tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo, & fac bonum: \* inquirite pacem, & persèquere eam.

Oculi Domini super justos: \* & aures eius in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala: \* ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos: \* & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulatio sunt corde: \* & humiles spiritu salvabit.

Multe tribulationes iustorum: \* & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: \* unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: \* & qui oderunt justum, delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum: \* & non delinquent omnes qui sperant in eo.

**Antiphona.** Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent idolis, ideo coronati possident palmam.

**Antiphona.** Ecce merces Sanctorum copiosa est apud Deum: ipsi verò mortui sunt pro Christo, & vivunt in æternum.

**Psalms 45.**

**D**eus noster refugium, & virtus, \* adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: \* & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquae eorum: \* conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: \* adjuvabit eam Deus manè dilectulo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinatae sunt regna: \* dedit vocem suam, nota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: \* auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: \* & scuta comburent igni.

Vacate & videte, quoniam ego sum Deus: \* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

**Antiphona.** Ecce merces Sanctorum copiosa est apud Deum: ipsi verò mortui sunt pro Christo, & vivunt in æternum. **V.** Iusti autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dominum est merces eorum. Pater noster.

**Abolutio.** A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedict.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

**Lectio vij.** Cap. 21. b

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

**Homilla Sancti Gregorii Papæ.**

**Homilia 35. in Evangelia.**

**D**ominus ac Redemptor noster perituri mundi præcurrere mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quò fuerint præscita. Minus enim jacula feriunt quæ prævidentur: & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per præscientiam clypeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet enim primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quæ nos aliud intertùs, aliud exteriùs passuros esse denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet intertùs exteriùsque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perperiti. **R.** Propter testamentum Domini, & leges paternas Sancti Dei persistunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. **V.** Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum. Quia unus. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

**Lectio viij.**

**S**ed his malis prævenientibus quia non statim finis sequitur, adjungit: Surgit gens contra gentem, & regnum adversus regnum: & terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque de caelo, & signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulationibus prævenitur: & per crebra mala quæ præveniunt, indicantur mala perpetua, quæ subsequuntur. Et ideo post bella & seditiones non statim finis: quia multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare.

**R.** Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuitis: Mercedem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite reg-

regnum. Mercèdem. Glória Patri. Mercèdem. **Benedictio.** Ad societatem.

**Lectio ix.**

**S**ed cum tot signa perturbatiōnis dicta sint, oportet ut eorum consideratiōnem breviter per singula perstringamus: quia necesse est, ut alia è caelo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Air enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominum: erunt terremotus magni per loca, ecce respectus iræ desuper: erunt pestilentia, ecce inæqualitas corporum: erit fames, ecce sterilitas terræ: terrorésque de caelo & tempestates, ecce inæqualitas aëris. Quia ergo omnia consummāda sunt, ante consummationem omnia perturbantur: & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: ut impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Te Deum laudamus, 13.

Sequens R: dicitur post viij. vel ij. Lectionem in Festo plurimorum Martyrum Fratrum.

R: Hæc est vera fratèrnitas, quæ nunquam potuit violari certamine, qui effuso sanguine secuti sunt Dòminum: \* Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cœlestia. **V.** Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Glória Patri. Contemnentes.

**AD LAUDES,**

& per Horas, **Antiphona.**

**O**mnes Sancti, quicquid passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmam martyrii. **Psalmus.** Dòminus regnavit, cum reliquis, 14. **Antiphona.** Cum palma ad regna pervenerunt Sancti, coronas decoris meruerunt de manu Dei. **Antiphona.** Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: & vivent

nòmina eorum in ætèrnum. **Antiphona.** Martyres Dòmini Dòminum benedicite in ætèrnum. **Antiphona.** Martyrum chorus laudate Dòminum de cœlis, alleluia.

**Capitulum.**

**J**ustorum animæ in manu Deisunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

**Hymnus.**

**R**ex gloriöse Martyrum, Coròna confitèntium, Qui respuentes terrea Perdūcis ad Cœlestia: Aurem benignam pròtinus Intènde nostris vòcibus: Trophæa sacra pàngimus: Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis inter Martyres, Parcisque Confessoribus:

Tu vince nostra crimina, Largitor indulgentiæ,

Deo Patri sit glòria,

Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paráclito,

Nunc & per omne sæculum.

**Amen.**

**V.** Exultabunt Sancti in glòria.

**R.** Lætābuntur in cubilibus suis.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos.

**Pro pluribus martyribus**

**Pontificibus,**

**Oratio.**

**B**eatòrum Martyrum, paritèrque Pontificum **N. & N.** nos, quæsumus Dòmine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dòminum nostrum.

**Si non fuerint Pontifices,**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum **N. & N.** natalitia colere: da nobis in ætèrna beatitudine de eorum societate

cietate gaudere, Per Dòminum.

**Alia Oratio.**

**D**eus, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum **N. & N.** solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accedāmur exemplis. Per Dòminum.

**Ad Tertiam, Antiphona.** Cum palma. **Capitulum.** Justorum animæ, ut supra. lvj.

**R: br.** Lætāmini in Dòmino \* Et exultate justi. Lætāmini. **V.** Et gloriāmini omnes recti corde. Et exultate. Glória Patri. Lætāmini. **V.** Exultent justi in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in lætitia.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Corpora Sanctorum.

**Capitulum.**

**R**eddidit Deus mercèdem laborum Sanctorum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte.

**R: br.** Exultent justi \* In conspectu Dei. Exultent. **V.** Et delectentur in lætitia. In conspectu. Glória Patri. Exultent. **V.** Justi autem in perpètuum vivent. **R.** Et apud Dòminum est merces eorum.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Martyrum chorus.

**Capitulum.**

**F**ulgèbunt justi, & tamquam scintille in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, & domitabuntur pòpulis: & regnabit Dòminus illorum in perpètuum.

**R: br.** Justi autem \* In perpètuum vivent. Justi. **V.** Et apud Dòminum est merces eorum. In perpètuum. Glória Patri. Justi. **V.** Exultabunt Sancti in glòria. **R.** Lætābuntur in cubilibus suis.

**AD VESPERAS,**

**Antiphona.**

**I**sti sunt Sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in

sanguine Agni laverunt stolas suas.

**Psalm.** Dixit Dòminus. **ij. Antiphona.** Sancti per fidem vicèrunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reppromissiones. **Psalm.** Confitebor. **ij. Añ.** Sanctorum velut àquila juvèntus renovabitur: florèbunt sicut lilium in civitate Dòmini. **Psalmus.** Beatus vir. **ij. Añ.** Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum: & jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quoniam priora transierunt. **Psalmus.** Laudate pñeri. **ij. Antiphona.** In cœlestibus regnis Sanctorum habitatio est: & in ætèrnum requies eorum.

**Psalmus.** Crèdidi. **xij.**

**Capitulum & Hymnus, ut in**

primis Vesperis. **xlvij.** Exultabunt Sancti in glòria. **R.** Lætābuntur in cubilibus suis.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Gaudent in cœlis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, idèo cum Christo exultant sine fine.

**Alia Lectio: pro pluribus**

**Martyribus.**

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Sermone 1. de Mart. tom. 3.

**Lectio iv.**

**N**emo est qui nesciat, Martyrum glórias ad hoc divinum consilio à Dei pòpulis frequentari, ut & illis debitus honor dicatur, & nobis virtutis exèmpla, favènte Christo, monstrètur: ut dum hæc ita celebrari perspiciamus, cognoscāmus quanta eos glòria manceat in cœlis, quorum natalitia taliter celebrantur in terris: quò possimus etiam ipsi talibus provocari exèmplis, virtute pari, devotiōne consimili ac fide: ut, Christo præstante, dimittatè & vincere hostem possimus, ut partè

vic-

victoriã, cum iisdem Sanctis in regnis cœlestibus triumphemus.

**R.** Sancti tui Dômine mirabile consecuti sunt iter, serviētes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: Terra apparuit arida: & in Mari rubro via sine impedimento. Quoniam perennis petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

## Lectio vj.

**Q**uis est enim, qui eorum volens merito copulari, nisi prius constantiam eorum teneat, secutetur fidem, imitetur virtutem passionis, eorum gloriam variis vite lineamentis aut inveniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit, tamen muneris tanti dignitate se quisque bonis acribus dignum præbeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum Sanctis præmia divina retribuat.

**R.** Verbera carnisficum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut hæredes fierent in domo Dômini. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

## Lectio vij.

**U**T enim infirmatur peccator adversis, ita justus tentationibus roboratur. Sic dimicrunt adversus peccatum Sancti: sic & laborando fortiores, & moriendo victores effecti sunt. Nullus athletæ sine certamine fortior dicit, nullus sine victoriã poterit coronari. Nemo miles sine prælio hostem subiecit, nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes Christiãne competentia arma, quibus hostem expugnes: habes fortissima tela, quibus inimicum debelles.

**R.** Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi ho-

locasti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Quoniam donum & pax est electis Dei. Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam. Glória Patri. Quoniam.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Lectio vij.

Cap. 6. c.

**I**n illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campetri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua. Homilia Sancti Ambrôsii Episcopi.

Lib. 5. in Luc. 6. post initium.

**A**dverte omnia diligenter, quomodo & cum Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christo videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos; in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Mattheus docet in inferioribus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideò quemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine revocat, injuriam caritatis avertit. Ad vulnera nostra descendit: ut usu quodam & copiâ suæ naturæ, comparticipes nos faciat esse regni cœlestis.

**R.** Propter testamentum Dômini, & leges paternas Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

## Lectio vij.

**B**eati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum

bea-

beatitudines Sanctus Lucas Dominicus posuit, octo verò Sanctus Mattheus: sed in illis octo istæ quatuor sunt, & in quatuor istis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplius est cardinales: ille in illis octo mysticum numerum reservavit. Pro octava enim multi inscribuntur Psalmi: & mandatum accipis octo illis partem dare, fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octava perfectio est, ita octava summa virtutum est. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: Mercedem laboris ego reddam vobis. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Glória Patri. Mercedem.

## Lectio iij.

**S**ed prius quæ sunt ampliora videamus. Beati, inquit, pater spiritus, quoniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictionem hanc uterque Evangelista posuit. Ordine enim prima est, & parens quædam generatiõeque virtutum: quia qui contempserit secularia, ipse meribitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni cœlestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Te Deum laudamus. 13.

## C O M M U N E

## Confessoris Pontificis.

**A**d Vesperas, Antiphona. Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus lxvj. Psalmi. Dixit Dôminus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Eccl. 44. c.

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

## Hymnus.

**I**ste Confessor Dômini, colentes, Quem piè laudant populi per orbem,

Hâc die lætus meruit beatas

Scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hâc die lætus meruit supremos

Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobriam dixit sine labe vitam, Donec humanos animavit auræ Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum, frequenter,

Ægra quæ passim jacuere membra, Viribus morbi dômities, saluti

Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obsequentem

Concinit laudem, celebrésque palmas,

Ut piis ejus precibus juvenimur Omne per avum.

Sit salus illi, decus, atque virtus, Qui super cœli solio coruscans, Totius mundi seriem gubernat

Trinus &amp; unus. Amen.

**V.** Amavit eum Dôminus, & ornavit eum. **R.** Stulam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sacerdos & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dôminum.

**Pro Doctoribus in utrisque Vesperis, Ad Magnificat, Antiphona.**

**O** Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate N. divine legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

## Oratio.

**D**ea quæ sumus omnipotens Deus: ut beati N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, & devotiõnem nobis augeat & salutem. Per Dôminum nostrum.

## Alia Oratio.

**E**xaudi quæsumus Dômine preces nostras, quas in beati N. Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate desiderimus: & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab ómnibus nos absolvet peccatis. Per Dôminum.

Ad

**Ad Matutinum, Invitatorium.**  
Regem Confessorum Dominum,  
Venite, adoramus. **Psalm.** Venite, exultemus. 1. **Hymnus.** Iste Confessor. ut supra. lix.

**In primo Nocturno, Antiphona.**  
Beatus vir, qui in lege Domini meditatus: voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia quaecumque faciet semper prosperabuntur.

**Psalmus 1.**  
**B**eatus vir, qui non abit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit:  
Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: \* & omnia quaecumque faciet prosperabuntur.

Non sic impius, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgunt impii in iudicio: \* neque peccatores in concilio iustorum.

Quoniam novit Dominus viam iustorum: \* & iter impiorum peribit.

**Antiphona.** Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia quaecumque faciet, semper prosperabuntur.

**Antiphona.** Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino, praedicavit praecipuum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

**Psalmus 2.**  
**Q**uare fremuerunt Gentes, \* & populi meditati sunt inania? Astitērunt reges terrae, & principes convenērunt in unum \* adver-

sus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis, iridebit eos: \* & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, \* & in furore suo conturbabit eos.

Et in fine constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecipuum ejus.

Dominus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodie genui te:

Postula a me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam: \* & possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in virga ferrea, \* & tamquam vas figuli confringes eos:

Et nunc reges intelligite, \* erudimini qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore: \* & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, \* & pereratis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, \* beati omnes qui confidunt in eo.

**Antiphona.** Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino, praedicavit praecipuum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

**Antiphona.** Tu es gloria mea, es susceptor meus Domine: tu exaltans caput meum, & exaudivisti me de monte sancto tuo.

**Psalmus 3.**  
**D**omine quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es: \* gloria mea, & exaltans caput meum.

Vocemead ad Dominum clamavi: \* & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego

Ego dormivi, & soporatus sum: \* & exurrexi quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: \* exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: \* & super populum tuum benedictio tua.

**Antiphona.** Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine: tu exaltans caput meum, & exaudivisti me de monte sancto tuo. **Ps.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

**Ps.** Stulam gloriae induit eum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine.

**Ps.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

**Lectio j.** **Cap. 3.**

**F**idelis sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum: filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praesesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

**Ps.** Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: • Intra in gaudium Domini tui. **Ps.** Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia

quinque superlucratum sum. Intra. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius. De Epistola ad Titum. **Cap. 1. b.**

**Lectio ij.**  
**O**portet enim Episcopum antequam crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucricupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucris gratia.

**Ps.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: • Ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **Ps.** Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo iurejurando. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

**Lectio iij.** **Cap. 2.**  
**T**u autem loquere quae deent sanam doctrinam: Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino serviētes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. In omnibus teipsum praebere exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravi-

*Pars Hyemalis.*

tate, verbum sanum, irreprehensibile : ut is, qui ex adverso est, veretur, nihil habens malum dicere de nobis.

**R.** Juravit Dominus, & non penitebit eum: \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Tu es sacerdos. Gloria Patri. Tu es.

**In secundo Nocturno, Antiphona.** Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

**Psalmus 4.**

**C**um invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae: \* in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: \* & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequò gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

Inscimini, & nolite peccare: \* quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino: \* multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: \* dedisti latitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, \* multiplicati sunt.

In pace in idipsum \* dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe \* constituisti me.

**Añ.** Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

**Antiphona.** Latentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti iusto, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

**Psalmus 5.**

**V**erba mea auribus percipe Domine, \* intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, \* rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: \* Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, \* & videbo: \* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: \* neque permanebunt in iusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: \* perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: \* ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: \* cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, & iudicia illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, \* quoniam irritaverunt te Domine.

Et latentur omnes, qui sperant in te, \* in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, \* quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae \* coronasti nos.

**Antiphona.** Latentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti iusto, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

**Añ.** Domine Dominus noster, quam ad-

admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

**Psalmus 8.**

**D**omine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua \* super caelos.

Ex ore infantium & lactentium perfectisti laudem propter inimicos tuos: \* ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: \* lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? \* aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: \* & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, \* oves & boves universas: in super & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, \* qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

**Añ.** Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

**V.** Elegit eum Dominus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Pater noster.

**Absol.** Ipsius pietas. **V.** Jube domine. **Bened.** Deus Pater omnipotens. Sermo Sancti Maximi Episcopi.

**Homilia 59. quae est 2. de Sancto Eusebio Vercellensi.**

**Lectio iv.**

**A**d sancti ac beatissimi Patris nostri **N.** cujus hodie festa

celebramus, laudes addidisse aliis: quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. **Psalmus 8.** Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua \* super caelos. Ex ore infantium & lactentium perfectisti laudem propter inimicos tuos: \* ut destruas inimicum & ultorem. Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: \* lunam & stellas, quae tu fundasti. Quid est homo, quod memor es eius? \* aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: \* & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, \* oves & boves universas: in super & pecora campi. Volucres caeli, & pisces maris, \* qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. **V.** Elegit eum Dominus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Pater noster. **Absol.** Ipsius pietas. **V.** Jube domine. **Bened.** Deus Pater omnipotens. Sermo Sancti Maximi Episcopi.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

**Benedictio.** Christus perpetuae.

**Lectio v.**

**Q**uidquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis & gratiae, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo, omnium rivulorum puritas emanavit. Etenim quia castitatis pollebatur vigore, quia abstinētia gloriabatur angustiis, quia blandimentis erat praeditus lenitatis, omnium civium in Deum provocavit affectum: quia Pontifici administratione fulgebatur, plures è discipulis reliquit sui sacerdotii successores.

**R.** Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus. **Bened.** Ignem sui amoris.

**Lectio vi.**

**B**enè & congruè in hac die, quam nobis beati Patris nostri **N.** ad paradisum transitus exultabilem reddidit, praesentis Psalmi versiculum decantavimus: In memoria aeterna erit justus. Dignè enim in memoriam virtutum hominum, qui ad gaudium transitit Angelorum. Dicit sermo divinus: Ne laudes hominem in vita sua: tamquam si dixerit, Lauda post vitam, magnif-

**Lectio vii.**

lii 2



ca post consummationem. Duplici enim ex causa utilis est hominum magis memorie laudem dare, quam vitæ; ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio movet, nec laudatum tentet elatio.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus replera est: **R.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno, Antiphona. Dómine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est iustitiam requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

**D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, \* & operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, \* & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: \* timentes autem Dóminum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, \* non movabitur in ætérnum.

**Añs.** Dómine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo.

**Antiphona.** Vitam petiit à te, & tribuisti ei, Dómine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

nam de lapide pretioso.

Psalmus 20.

**D**omine in virtute tua lætabitur rex: \* & super salutarem tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: \* & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: \* posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: \* & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: \* gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: \* lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Dómino: \* & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, \* dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: \* Dóminus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: \* & semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: \* cogitaverunt consilia, & non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: \* in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltáre Dómine in virtute tua: \* cantábimus & psallémus virtutes tuas.

**Añs.** Vitam petiit à te, & tribuisti ei, Dómine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

**Añs.** Hic accipiet benedictionem à Dó-

Dómino, & misericórdiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

Psalmus 23.

**D**omini est terra, & plenitudo ejus: \* orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: \* & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: \* & misericórdiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevámini portæ æternales, \* & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevámini portæ æternales: \* & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dóminus virtutum ipse est rex glóriæ.

**Añs.** Hic accipiet benedictionem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum. **V.** Tu es sacerdos in ætérnum. **R.** Secundum ordinem Melchisedech. Pater noster.

**Abolutio.** A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 25.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Homo peregrinatus proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papa.

Homilia 9. in Evangelia.

**L**ectio sancti Evangélii, fratres charissimi, sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescant donorum. Tanto ergo esse humilior, atque ad serviendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrinatus proficiscitur, servos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post multum verò temporis positurus rationem revertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum verò à bono opere torpente damnat.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lororicam fidei, & ornavit eum. Et ad. **Bened.** Cujus festum colimus.

Lectio viij.

**Q**uis itaque iste homo est, qui peregrinatus proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cælum? Carnis enim locus proprius terra est, que quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cælo collocatur. Sed homo iste peregrinatus proficiscens servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta, alii duo, alii vero commisit unum. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero, intellectus & operatio designatur. Unius

antum talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

**R.** Sint lumbi vestri präcincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quä horä Dominus vester venturus sit. Et vos. Glöria Patri. Et vos. **Benedictio.** Ad societatem.

**Lectio ix.**

**S**ed is qui quinque talenta acciperat, alia quinque lucratus est: quia sunt nonnulli, qui etsi in eterna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernae patriae docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quae accipiunt, duplum talentum portant: dumque se a carnis petulantia, & a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur. Cumque & intelligendo & operando aliis praedicant, quando duplicatum de negotio lucrum reportant.

Te Deum laudamus. 13.

**AD LAUDES,**

& per Horas, Antiphona.

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus. **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliq. 13. **Antiphona.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. **Añs.** Ideo jurejurando fecit illum Dominum crescere in plebem suam. **Añs.** Sacerdotes Dei benedicite Dominum: servi Domini hymnum dicite Deo, alleluia. **Añs.** Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

**Capitulum.**

*Eccli 44. c*

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiae factus est reconciliatio.

**Hymnus.**

**J**esu Redemptor omnium, Perpes corona Praesulum, In hac de clementius Indulgeas precantibus.

Tui sacri qua nominis Confessor almus claruit: Hujus celebrat annua Devota plebs sollemnia. Qui ritę mundi gaudia Hujus caduca respuens, Aeternitatis praemio, Potitur inter Angelos. Hujus benignus annue Nobis sequi vestigia: Hujus precatu servulis Dimitte noxam criminis. Sit Christe Rex piissime Tibi, Patrique gloria, Cum Spiritu Paraclito, Nunc, & per omne saeculum. Amen.

**V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Benedictus, Antiphona.** Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

**Oratio.**

**D**ea, quae sumus omnipotens Deus; ut beati N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitates, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum.

**Alia Oratio.**

**E**xaudi quae sumus Domine preces nostras, quas in beati N. Confessoris tui atque Pontificis sollemnitatis deserimus: & qui tibi dignę meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

Ad

**Ad Tertiam, Antiphona.** Non est inventus. **Capitulum.** Ecce sacerdos, ut supra.

**R. br.** Amavit eum Dominus. \* Et ornavit eum. Amavit. **V.** Stolum glöria induit eum. Et ornavit. Glöria Patri. Amavit. **V.** Elęgit eum Dominus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Ideo jurejurando.

**Capitulum.**

*Eccli 44. c*

**N**on est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi: ideo jurejurando fecit illum Dominum crescere in plebem suam.

**R. br.** Elęgit eum Dominus \* Sacerdotem sibi. Elęgit. **V.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem. Glöria Patri. Elęgit. **V.** Tu es sacerdos in aeternum. **R.** Secundum ordinem Melchisedech.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Serve bone,

**Capitulum.**

*Eccli 45. c*

**F**ungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorem savitatis.

**R. br.** Tu es sacerdos \* In aeternum. Tu es sacerdos. **V.** Secundum ordinem Melchisedech. In aeternum. Glöria Patri. Tu es. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Vesperas, Antiphona.** Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus. lxvj. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de *Draca*. 94. & loco ultimi, **Psalmus** Memoro Domine David. 109.

**Capitulum & Hymnus, ut supra in primis Vesperis.** lix. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Amavit eum Dominus, & ornavit

eum: stolum glöria induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum.

**Sequens Antiphona** dicitur ad Magnificat in ij Vesperis per solis Summis Pontificibus, **Añs.** Dum esset Summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad caelestia regna gloriosus migravit.

Si occurrat celebrari Festum plurimum Pontificum & Confessorum, Officium fit ut supra; sed in Oratione & sermone, quae ponuntur in singulari, dicantur in plurali, & in primo Nocturno legantur sequentes Lectiones de Scriptura.

De libro Ecclesiastici.

**Lectio j.**

*Cap. 44.*

**L**audemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua praediti, nuntiantes in prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes in presenti populo, & virtute prudentia populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

**R.** Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: \* Intra in gaudium Domini tui. **V.** Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucristi sum. Intra.

**Lectio ij.**

**H**omines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt, quos non nati, & filii ipsorum cum ipsis.

li 4

R.

**R.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: Ideo iurjurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **V.** Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput eius. Ideo iurjurando.

**Lectio iij.**

**S**ed illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet ecclesia.

**R.** Juravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Tu es sacerdos. Gloria Patri, Tu.

**Aliae Lectiones pro Pontifice & Confessore.**

**In secundo Nocturno.**

Sermo Sancti Maximi, Episcopi.  
*Ex Hom. 59. quae est 2. de S. Euseb.*

**Lectio iv.**

**B**eati patris **N.** merita jam in tuto posita securi magnificemus: qui gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram spei tranquillam jam in statione composuit, & plenam coelestibus divitiis & aeternis meritis navem optato in litore collocavit: qui contra omnes adversarios secum timoris Dei tamdiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perveniret. Quid enim fuit totus vitae illius cursus, nisi unius cum vigili hoste conflictus?

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **M**a-

nus enim mea auxiliabitur ei. **N**ihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus enim.

**Lectio v.**

**Q**uantis hic caecis à via veritatis errantibus, & de summa jam in profundum rupe pendētib; amissum reddidit visum, & illum, quo Christus videretur, reparavit intuitum? Quorum auribus surdis, & infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendam vocem caelestium mandatorum, pretiosum insudit auditum, ut vocanti Deo ad misericordiam responderent per obedientiam? Quantos intrinsecus vulneratos, Angelici oris arte & orationum, ab infirmitate curavit?

**R.** Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

**Lectio vi.**

**Q**uantos per longam incuriam peccati labe resolutos, & quadam leprae contagione perfusos, castigationibus & exhortationibus expiando, Deo in se operante mundavit? Quorum animas viventes in corpore jam defunctas, & delictorum mole obrutatas ac sepultas, ad emendationem tamquam ad lucem vocando, Deo resuscitavit, in Domini sui admirandus imitator, jam mortuus Deo, è contrario mortificet vitali morte peccato?

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus repleta est. **I**pse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contemptis vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

**Lectio vij.**

*Cap. 24. d.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quā horā Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

*Comment. in Matth. can. 26. in fine.*

**U**t ignorantiam illam diei omnibus taciti, non sine utilis silentii ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter adventum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos, omnibus praecipitorum suorum operibus inhaerere. Furem enim esse ostendit zăbulum, ad detrahenda ex nobis spolia pervigilem, & corporum nostrorum domibus insidiantem; ut ea incuriosis nobis & somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum jaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos convenit: quia diei ignoratio intemam sollicitudinem suspensae expectationis exagitet.

**R.** Amavit eum Dominus & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et.

**Lectio viij.**

*Can. 27.*

**Q**uisnam est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Quamquam in commune nos ad indefessam vigilantiā curam adhortetur: specialem tamen populi principibus, id est, Episcopis, in expectatione adventūque suo sollicitudinem mandat. Hunc enim servum fidem atque prudentem, praepositum familiae significat, commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens, & praecipis obediens erit, id est, si doctrinae opportunitate & veri-

tate infirma confirmet, disrūpta consolidat, depravata convertat, & verbum vitae in aeternitatis cibum alendae familiae dispandat, atque haec agens, hisque immorans deprehendatur: gloriam à Domino tamquam dispensator fidelis, & villicus utilis consequetur, & super omnia bona constituetur: id est, in Dei gloria collocabitur, quia nihil sit ultra, quod melius sit.

**S**int lumbi vestri praecincti, & lucerne ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quā horā Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

**Lectio ix.**

**Q**uod si contiens longam Dei patientiam, quae in profectum humanae salutis extenditur, adversum conservos insolens, & saeculi malis vitiosus se tradet, praesentium tantum curam in cultu ventris exercens; desperatā deo Dominus adveniet, etiamque à bonis, quae sponderat, dividet, portionemque ejus cum hypocritis in poena aeternitate constituit: quia adventum desperaverit, quia mandatis non obtemperaverit, quia praesentibus studuerit, quia vita gentium vixerit, quia desperatione iudicii commissam sibi familiam fame, siti, caede vexaverit.

Te Deum laudamus. 13.

**PRO DOCTORIBUS.**

**Ad Magnificat in utrisque Vespertis, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate. N.** divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Lectiones sequentes leguntur in Festis Doctorum. Officium autem in illis fit de Confessoribus Pontificibus, vel non Pontificibus, pro qualitate Festi.

In

## In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 39.

**S**apientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparabit. In terram alienigenarum gentium pertransiet, bona enim & mala in hominibus tentabit.

**R.** Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: \* Intra in gaudium Domini tui. **V.** Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra.

Lectio ii.

**C**or suum tradet ad vigilandum dilectulo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentie repleret illum: & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientie sue, & in oratione confitebitur Domino: & ipse dirigit consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

**Pro Doctore Pontifice, R.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: \* Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. **V.** Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo jurejurando.

**Pro Doctore non Pontifice, R.** Justus germinabit sicut lilium, \* Et florebit in aeternum ante Dominum. **V.** Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florebit.

Lectio iij.

**P**se palam faciet disciplinam doctrinae suae, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiritur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit ecclesia.

**Pro Doctore Pontifice, R.** Juravit Dominus, & non penitebit eum: \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Tu es sacerdos. Gloria Patri. Tu es.

**Pro Doctore non Pontifice, R.** Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: \* Et inventus est in numero sanctorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moralium Sancti Gregorii Papae.

Lib. 9. cap. 6.

**Q**ui post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctae Ecclesiae designantur? Qui subdicitis Martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quae fides clarius elucet: & repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol veritatis calet. Qui remotata tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctae Ecclesiae orti sunt, cum ei jam per credulitatis vernum lucidor annus aperitur.

**Pro Doctore Pontifice, R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & illis

ini-

iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

**Pro Doctore non Pontifice, R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & ad seductores tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

**N**ec immerito Doctores sancti Hyadum nuncupatione signantur, Graeco quippe eloquio hyetes pluvia vocatur, & Hyades nomen a pluvibus accepit, quia ortae proculdubio imbres ferunt. Bene ergo Hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statum universalis Ecclesiae quasi in coeli faciem deducti, super arentem terram humani pectoris sanctae praedicationis imbres fuderunt. Si enim praedicationis sermo pluvia non esset, Moyses minime dixisset: Expectetur sicut pluvia eloquium meum: & nequaquam per Isaiam Veritas diceret: Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem: atque hoc quod paulo ante protulimus: Quamobrem prohibita sunt stille pluviarum.

**Pro Doctore Pontifice, R.** Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.

**Pro Doctore non Pontifice, R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

**D**um ergo Hyades cum pluvibus veniunt, ad coeli spatia altiora sol dicitur: quia apparente Doctorem scientia, dum mens nostra

imbres praedicationis infunditur, fidei calor augetur. Et perfusa terra ad fructum proficit, cum lumen aetheris ignescit: quia uberius frugum boni operis reddimus, dum per sacra eruditionis flammam in corde clarius ardemus. Dumque per eos diebus singulis magis magisque scientia caelestis ostenditur, quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur: ut novus sol nostris mentibus rutilet, & eorum verbis nobis cognitus, seipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, superna scientia proficit, & largius cum tempore excrescit.

**Pro Doctore Pontifice, R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinae ejus repleta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

Pro Doctore non Pontifice,

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrede in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 5. b.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. Lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 6. rom. 4.

**O**stendit Dominus, factuos esse judicandos, qui temporaliu bonorum vel copiam sectantes, vel in-

inópiam metuéntes, amittunt aeterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendi sunt quodammodo pópuli, metu persecutionum temporalium amiseritis regna cælorum, qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum?

**Pro Doctore Pontifice.**

**R.** Amavit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

**Pro Doctore non Pontifice.**

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum: Ipse intercedat pro peccatis ómnium populórum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstiniens se ab omni ópere malo, & pórmanens in innocéntia sua. Ipse intercedat.

**Lectio viij.**

**R.** Ego ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem: sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior: sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in celo est.

**R.** In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, \* Et implévit eum Dóminus spiritu sapiéntiæ & intellectus. **V.** Iucunditatem & exultationem thesaurizávit super eum. Et implévit. Glória Patri. Et implévit.

**Lectio ix.**

**V.** Os estis lumen mundi. Quomodo dixit superius Sal terra, sic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque superius ista terra acci-

pienda est, quam pèdibus corpóreis calcamus: sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extingúendis putóribus Apostólicum salem Dóminus misit. Et hic mundum, non cælum & terram, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Non potest civitas abscondi super montem: quia: id est, fundata super insigne magnamque justitiam, quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dóminus.

Te Deum laudamus. 13.

## C O M M U N E

## Confessoris non Pontificis.

**Ad Vesperas, Antiphona.** Dómine, quinque talenta, ut infra ad Laudes lxxix. Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Comuni Apostolorum. j.

## Capitulum.

Ecclí 31.

**B.** Eatus vir, qui inventus est sine mácula: & qui post aurum non ábit, nec sperávit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudábitus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

## Hymnus.

**I.** Ste Confessor Dómini, colentes Quem piè laudant pópuli per orbem,

Hac die lætus méruit beatas

Scãdere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hac die lætus méruit suprèmos

Laudis honores.

Qui pius, prudens, húmilis, pudicus,

Sóbríam duxit sine labe vitam,

Donec húmanos animávit auræ

Spiritus artus.

Cujus ob præstans méritum frequenter,

Ægra que passim jacuere membra,

Viribus morbi dómítis, salúti

Restituuntur.

Nos.

Noster hinc illi chorus obsequentem  
Cónclinet laudem, celebrésque palmas;

Ut piis ejus præcibus juvémur

Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,

Qui super cæli sólio coruscans

Tótius mundi sériem gubernat

Trinus, & unus. Amen.

**V.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

## Oratio.

**D.** Eus, qui nos beati **N.** Confessoris tui annuá solemnitate lætificas: concède propitijs, ut eujus natalitia cólimus, etiam actiones imitemur. Per Dóminum.

## Alia Oratio.

**A.** Desto Dómine supplicatióibus nostris, quas in beati **N.** Confessoris tui solemnitate desiderimus: ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus qui tibi plácuít, præcibus adjuvémur. Per Dóminum.

## Si fuerit Abbas

## Oratio.

**I.** ntercessio nos, quæsumus Dómine, beati **N.** Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

**Ad Matutinum, Invitatorium.**

Regem Confessorum Dóminum,

\* Venite, adóremus. Psalmus. Venite, exultémus. 1. Hymnus. Iste

Confessor, ut supra. lxxij.

**In primo Nocturno, Antiphona.**

Beátus vir, qui in lege Dómini meditatúr: voluntas ejus pórmanet die ac nocte, & ómnia quæcúmque faciet semper prosperabúntur.

## Psalmus 1.

**B.** Eatus vir, qui non ábit in consilio impiórum, & in via pec-

catórum non sterit, \* & in cathedra pestilentia non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, \* & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decursus aquarum, \* quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et fóllium ejus non defluet: \* & ómnia quæcúmque faciet prosperabúntur.

Non sic impii, non próc: \* sed tamquam pulvis, quem proicit ventus á facie terræ.

Ideo non resurgént impii in iudicio: \* neque peccatores in concilio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: \* & iter impiórum peribit.

**Antiphona.** Beátus vir, qui in lege Dómini meditatúr: voluntas ejus pórmanet die ac nocte, & ómnia quæcúmque faciet, semper prosperabúntur.

**Antiphona.** Beátus iste Sanctus, qui confissus est in Dómino, prædicávit præceptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus.

## Psalmus 2.

**Q.** uare fremuerunt Gentes, \* & pópuli meditáti sunt inania?

Asitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum \* adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: \* & projiciámus á nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridebit eos: \* & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquetúr ad eos in ira sua, \* & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula á me, & dabo tibi Gentes hæ-

hæ-